S. Vir ampl. & clarissime, Tandem per Doct. Medicum Michaelem Rotenbeccium mitto tibi Exemplaria Scripti Sophibasilicor.

Amanter autem peto, ut adjunctum fasciculum cures in aedes illustris D. Joach. Comitis Ortenburgici, cuius Theologo restituendus est: cui procuratione editionis non potui, per leges nostras, satisfacere.

Rex Franciae in Burgundia progressus, cum successu, ut videtur, rem gerit, et copias auget. Hispanos urget ac premit. Non ita pridem Lutetiae e nostris quidam, clausis domus januis psallentes, a pontificiis irrumpentib. capti, inque carceres conjecti fuerunt. Rex, a Verbi Dei Ministris ea de re certior factus: pontificiis quiritantib. de violatione edicti regij, respondit: Edictum non permittere ut patentib. januis aedium Religionis exercitia instituantur. Scandalum quaesitum ipsis, non oblatum: ac proinde statim dimittendos captivos: auctorib. autem irruptionis in domum factae sententiam regiam expectandam.

Apud Occitanos tam copiosa Messis domini est, ut iterum Ministros a Genevensib. petierint ad se mitti.

Quaeso te, vir praeclariss. ut mihi sis viva & diserta Epistola apud Illustrem Com. Ortenburg. magnificum D. Baumgartnerum, & fratrem tuum quem ego vere diligo D. Philippum, quibus augeri τὰ πρὸς χάριν καὶ εὐσέβειαν, opto.

Nondum vidi Epistolas Patris mei. Melanchthonianas habeo. Si quis illas miserit, et libenter satisfaciam, et cum fructu legam. Vive et vale in Christo Jesu.

Basileae 24. Junij

Tuî tui amans
J. Grynaeus

1595

Grynäus Joh. Simon

54180
DSI

298

Clarissimo viro, D. Ioachimo Ca-
merario, Medico primario inclytae Reipub.
Noribergensis, amico honorando.

Norinbergam.

95

8. July

AUTOGRAPHE

de

Grynaeus

Simon

OBSERVATIONS

L.a.s. 1 p.4°, /Lat./, Basel, 24.Juni /ohne Jahreszahl/, mit eigh. Adr. an Joachim Camerarius in Nürnberg /Name des Adressaten etwas mit Tinte übermalt, aber noch leserlich. / Interessanter Brief, in dem er über die Zeitereignisse spricht und auch Melanchton erwähnt.

1./

G r y n a e u s , Simon.-Theolog, lehrte die alten Sprachen zu Wien und nachdem er zum Protestantischen Glauben übertreten, auch zu Ofen, Heidelberg, Tübingen und Basel. Freund von Luther und Melanchthon/Wd/HL/AR/

geb.1493, bei Veringen,Hohenzollern,

gest.1541,Aug.1,Basel.

Lieferte die erste griechische Ausgabe von Ptolemaei Magna compositio, fol.Basil,1538 auch von Euklid,Ib.1533.-